

III. Fidem denique scriptoribus sacris *διύχηματα* ista conci-singulari con-liant, quibus alios & mere humanos longo post se intervallo scri-*spicui*.
 ptores relinquunt, sanctitas, sinceritas, veracitas & infallibilitas.
Sanctitatem eis Petrus haud obscure largitur, *αργίσ θεός ανθρώπων* *sanctitate,*
πάσις appellans 2. Ep. I, 20. ad hoc quippe ministerium peculia-
 riter sanctificatos. Quæ quidem eorum sanctificatio utut limitata,
 atque ad *θεοπνευστικαν* restricta, adeoque inter dona Spiritus S.
 ministrantia numeranda sit, nec vitæ integritatem, quæ in Pro-
 phetis quibusdam ac Apostolis, v. g. in Bileamo ac Juda prodito-
 re, desiderabatur, semper includat aut evineat; illam tamen adeo
 non excludit, ut potius nullum libri sacri acceperimus scripto-
 rem, qui non singulari pietatis & sanctimoniae fama, vel in sacris
 literis, vel in historia ecclesiastica commendetur. Unde tanta quo-
 que, in consignanda historia, *sinceritate* utebantur ac *integritate, sinceritate,*
 ut in exponendis suis suorumque lapsibus ac nævis, nihil quic-
 quam vel dissimularent, vel extenuarent; nec partium studiis ab-
 recepti, auribus quicquam darent, quod Josepho tamen, aliisque hi-
 storicis, perquam est solenne. Hinc Mosen videoas, fratribus Aaro-
 nis idolatriam, sororisque Mirjam lepram, quin & suam ipsius
 diffidentiam in percutienda petra, citra hæsitationem edifferere; Pro-
 phetas sanctissimi Numinis, quas toties provocasse non diffitentur,
 increpationes copiose recensere; & autorem libri 2 Sam. Davidis re-
 gis, filiorumque criminis nihil quicquam emollire aut dissimulare.
 Quæ cum laudi alias ducantur Historico, in sanctorum hominum
 contumeliam, nefando ausu, vertit Faustus Manichæus, quando
 Augustino, lib. 33. contra Faustum cap. i. teste, Mosen Patriarcha-
 rum vitas, variis contaminatas nævis, *odio omni, fastidioque dignis-
 simas* *scripsisse* criminatus est. Quam studiose *veracitati* litaverint, *veracitate,*
 quamque longe a mentiendi abfuerint libidine, non modo tot so-
 lennes ipsorum ad alia historiarum monumenta, v. g. Genes. XXVI,
 33. XXXII, 32. Jos. X, 13. 2 Sam. I, 18. XVIII, 18. 1 Reg. IX, 13. &c.
 ad publicam, & ad illa usque tempora, quibus hæc scribebantur,
 perennantem famam, Gen. L, 11. Deut. III, 14. 2 Sam. IV, 3. 1 Reg.
 IX, 13. ad suam æque, ac auditorum lectorumve conscientiam Deut.
 IV, 3. 4. ad Deum ipsum denique, testem ac vindicem 1 Sam. XII, 5.
 provocationes, abunde demonstrant, sed & ex eo colligi poterit,
 quod eventus ipsorum prædictiones comprobaverit, quod severe alios

D. Carpz. Crit. Sacra.

G

ab